



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 7. Sacerdotes sœculares aut Regulares qui generaliter in aliqua
Diœcesi sunt approbati, possunt-ne virtute hujus generalis approbationis
audire Monialium Confessiones?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

Respondet: Non oportet quod absolutus ab ex-
communicatione in articulo mortis ab eo qui
non habet facultatem, ad judicem vadat qui
alias absolvere potuisset, absolutionem petens,
sed satisfactionem offerens.

Quæst. 7. Sacerdotes sacerulares aut Regu-
lares qui generaliter in aliqua Diœcesi sunt
approbati, possunt ne virtute hujus generalis
approbationis audire Monialium Confessio-
nes?

Resp. Videtur eos non posse, quoniam Reli-
giosæ non possunt confiteri, nisi Sacerdotibus
ab Episcopo sibi deputatis, juxta Concilium
Oxoniense in Anglia celebratum anno 1222.

Confitantur etiam, inquit, Moniales Sacer-
dotibus ab Episcopo sibi deputatis.

Quod verbis expressis definitum est in Bulla
Clementis X. superius citata afferentis: Reli-
giosos generaliter approbatos ab Episcopo ad
personarum sacerularium Confessiones audiен-
das, nequaquam censerit approbatos ad au-
diendas Confessiones Monialium sibi subjecta-
rum; sed egere quoad hoc, speciali Episcopi
approbatione; atque approbatos pro audiendis
Confessionibus Monialium unius Monasterii,
minimè posse audire Confessiones Monialium
alterius Monasterii. Itidemque Confessores ex-
traordinarios semel deputatos atque appro-
batos ab Episcopo ad Monialium Confessiones
pro una vice audiendas, haud posse expleta
deputatione in vim approbationis hujusmodi
illarum Confessiones audire; sed toties ab
Episcopo esse approbandos, quoties casus
contigerit. Videatur summarium dictæ Bullæ
in fine hujus Tomi.

Quod quidem declarat generalem approba-
tionem non sufficere ad audiendas Monialium
Confessiones, sed specialem præterea ad hunc

S. Th. in 4:

dist. 10. q. 1.

art. 1. q. 2.

ad 2.

Concil. Oxon.

nense. De

Confess. Mo-

nial. cap. 46.

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

142 TRACTATUS VI.

finem ab Episcopo desiderari , nisi declarat Episcopus , Confessarios omnes approbatos, posse Confessiones etiam Monialium audire; quo casu talem potentiam censetur illis contulisse.

Quæst. 8. Regulares egent-ne approbatione Episcopi , ad audiendas Confessiones Religiosorum sui Ordinis ?

Resp. Non videntur tali approbatione indigere ; quod probari potest ex Concilio Tridentino his verbis : *Decernit sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nisi aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopis approbationem obtineat.* Ex quibus concludi potest , eos non egere approbatione Episcopi , sed tantum suorum Superiorum ad audiendas Confessiones Religiosorum sui Ordinis.

Conc. Trid. fess. 23. cap. 15. de Re-form,
Deinde Clemens Papa X. in Bulla *Superna magni*, ait , *Caterum in Monasteriis ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quam Confessores, Regularium eorumdem Monasteriorum seu Collegiorum, audire Confessiones illorum secularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt.*

Quæ quidem verba satis declarant à fortiori , eos sine Episcopi approbatione audire posse Religiosorum suorum Confessiones.

Quæst. 9. Regulares possunt-ne , absque Episcopi approbatione , audire Confessiones Monialium sui Ordinis ?

Resp. Certum est , eos non posse ; quod quidem satis constat ex Bulla Clementis X. à nobis mox laudata. Tum etiam ex Bulla Gregorii XV. quæ incipit *Inscrutabilis*, in qua sic